Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35046
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

bonorum et non malorum, quia ma-
la saltem culpe non sunt debita
in esse, verum quia potest vindicari priva-
tio mali penalis, eo quod eis pe-
na sibi debita minus vel quam non si-
bi non infligitur. Et in hac dif-
finitione nomine habitus potest hic capi-
tur communiter intelligitur forma
dispositio qualitas operatio
proprietas naturalis vel accidentalis
et omnis adiacentia extrinseca sicut
sunt divitie et honor et cetera consi-
milia. Tercio advertendum quod ha-
bitus dicitur alicui dupliciter esse debi-
tus: primo quia subiectum obligatur
cum habere de iure communi, cui iu-
ri non potest renunciare, et sic fides
spes et caritas sunt habitus debi-
ti in esse iure nature. Similiter
in naturalibus forma asini est
debita materia asini, quia iure
nature talis forma debet inesse ma-
terie sic disposite. Secundo habitus
dicitur esse debitus quia de iure per-
tinet illi cui inest vel cui in-
esse deberet, cui tamen iuri quis
potest renunciare, sic beneficium dicitur
alicui debitum sicut ex iure com-
muni potest ipsum convenienter possidere,
et sic ~~divitie~~ divitie quas iuste acquisi-
vit iuratum est dicitur videtur debi-
te, quia iuste potest eas retinere,
cuius tamen iuribus potest renunciare.
Amplius advertendum quod cum pri-
vatio sit res privata et cum
dicitur quod privatio est mala, sensus
quod res privata male se habet.

Sunt autem duplices privationes,
aliqua enim est pura privatio
ut pura carentia alicuius
habitus non ponens aliquid contra-
rium sicut si ab anima per sortis auf-
ferret scientia non posito er-
rore. Illa privatio dicetur pura
privatio scientie. Alia est pri-
vatio ponens et sic unum contra-
rium est privatio alterius ut error
scientie et albedo nigredinis.
Privatio vero alicuius est dupliciter:
uno modo per se, alio modo per accidens.
Per se dicitur privatio illo habitu
cui per se opponitur privative,
ubi tamen privatio prudentie
per se prudentia, sed per accidens
virtutibus prudentie conexis.
Quibus sic stantibus sit pro-
positio prima ista: omnibus non omnis
carentia boni sit mala, omnis
tamen privatio habitus debiti in
esse primo modo est mala. Prima pars
probatur: alias materia prima quam
infinite male se haberet eo quod
infinitis formis caret. Item
sit homo iuste et sancte vivens
non tamen perfectissime ita quod ca-
reat virtute heroica, tunc si ista
carentia esset illi mala, tunc
ille homo bonus haberet se male
et diceretur malus contra
communem estimationem. Item si
sit tunc quilibet homo iustus
male se haberet eo quod caret
beatitudine eterna. Secunda pars probatur.

299